



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum Deus possit aliquod infinitum actu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. I. Distinctio. XL III.

Salitas creata exrefere in producendo multa. Propter quod necessario sequitur quod ipsa sit infinita.

20 A D P R I M V M argumentum dicendum quod duplex est infinitus icilicet priuatiuē quod natū est finiri, & nondum habet finem, sicut motus cœli potest dici infinitus, & omnis motus circa terminum, & tale infinitum est possibile & imperfectum, nec potest Deo attribui, & de hoc procedit argumentum. Alio modo dicitur infinitum negatiuē, quia caret omni limitatione que competit rebus creatis, & hoc modo perfectius est esse infinitum quam finitū, perfectior enim est negotio imperfectionis saltem ratione naturæ subtracta quam sit affirmatio: Et hoc modo infinitum competit Deo.

21 Ad secundum dicendum est quod potentia nō excedit a scientia, nec econuerso cum sint idem, licet obiectum excedatur ab obiecto, utruq; tamen obiectum est infinitum in potentia respectu actus successivi, & in talibus vnum potest excedere alterum.

Q Y A E S T I O S E C V N D A.

Vtrum Deus possit facere aliquod infinitum actu.

Thos. q. 7. ar. 3. &c. 4.

Occasione eius quod dictum est q. præce. nu. 11. Quæritur, utrum Deus possit facere aliquod infinitum actu. Et videtur quod non, quia de ratione infiniti est q; non possit pertransire neg. à finito, neque ab infinito, ut probatur. 6. Physic. sed si infinitum est per productum quo: dammodo esse pertransitum, ergo &c.

7 Item impossibile est effectū æquari sua cause cœiuocē, sed si Deus produceret effectum infinitum ille adaequaret sua causa æquiuocē (icilicet Deo) quia infinito nihil est maius, non solum secundum quantitatem molis sed etiam secundum quantitatē virtutis, quia in magnitudine infinita nō potest esse virtutis finita, ut probatur. 9. Physic. sic ergo &c.

8 Item infinitum est cuius quantitatē accipiētibus semper est aliud sumere extra, ut dicitur. 3. Phy. sed si infinitum est esse actu, nihil eius est sumere extra, ergo cōtra rationem infiniti est esse actu, & sic idem quod prius.

4 IN C O N T R A R I V M arguitur, quia Deus potest sub qualibet specie producere aliquod indiuiduum, sed si sub qualibet specie figura est per producta aliqua figura, illa figura essent actu infinita, ergo &c.

5 Item Deus potest facere quicquid non repugnat ratione rei, sed rationi quantitatis non repugnat infinitum, immo finitum & infinitum quantitatē conuenient, ut dicuntur. 1. Physic. ergo &c.

6 R E S P O N S I O. Q uæstio ista non intelligitur de infinito secundum essentiam (vtrum deus possit aliquod tale infinitum producere) cum constet omnē creaturam necessario limitari ad certum genus & ad certā speciem, intelligitur ergo de infinito secundum quantitatem quod est duplex, scilicet secundum magnitudinem, & secundum multitudinem, sicut est duplex quantitas, continua vides licet & discreta. Primo ergo videamus, vtrum repugnet natura rei creare infinitas secundum multitudinem: & secundō an repugnet ei infinitas secundum magnitudinem. Adhuc circa primum ponetur illud, quod est clarum, & ab omnibus concessum: & secundō inquiretur de eo quod est dubium.

7 Q V A N T V M ad primum sciendi est, q; conceditur ab omnibus, q; in ordinatis per se & essentialiter impossibile est dare multitudinem infinita actu, cuius ratio est, quia si in ordinatis per se & essentialiter est multitus do actu infinita in illa multitudine esset aliqua species virtutis vel perfectionis infinite, consequens est falsum, ergo & antecedens: salitas consequens patet, quia infinita perfectione non potest cōpetere nisi Deo, consequentia probatur, quia in ordinatis essentialiter semper vnum est perfectius altero, nec est dare duo in æquali gradu perfectionis, necesse est ergo in tota multitudine ordinatorū essentialiter q; vnum sit perfectius ceteris omnibus, cum igitur in multitudine infinita sit perfectio infinita, oportet quod simili sit in aliquo vno illius multitudinis. Alia autem sunt quae ordinantur accidentaliter sicut indiuidua sub una specie, & talia possunt produci duplieiter, successive, vel simul, si successiuē, impossibile est q; inchoando ab

Q uæstio II.

vno, vel a quocunq; (dum tamen finitis) deueniatur alia quando ad multitudinem actu infinitam: cuius ratio est, quia de ratione infiniti est quod quātacung; eius pars accipiat, & quotiescumq; quod semper refert aliquid accipendum. Propter quod contra rationem eius est, quod in accipiendo partem post partem, ipsū sit vnuquam actu acceptum, & quia illud non potest fieri, quod est contra rationem rei, ideo isto modo non possunt produci actu infinita, nec solum est hoc verum in rerum productione, sed etiam in earum cognitione, si enim deus cognoscere vnum post aliud, non cognoscere actum infinita.

8 Si vero individua sub specie simul producantur sic dubiū est, an deus possit infinita actu producere, puta infinitas animas, & est hic duplex modus dicendi, vnum est q; Deus potest infinita producere actu. Quod probatur dupliciter. Primo sic, Deus potest simul & actu tot producere quod potest producere in potentia successiuē, nisi natura rei requirat successionē, & hoc patet statim, quia vbi non est repugnans ex parte rei nō est defectus ex parte Dei, si ergo natura rei non requirat successionē, sed passatiū simulatorem, deus potest in talibus tot producere simul quod successiuē, sed natura animalium que possunt al Deo produci, nō requirat successionē, ergo Deus potest tot animas simul producere quod potest producere successiuē, si aucten essent tot producere necessario essent in infinito, ergo &c. Quod essent infinita patet, quia si essent finitū tunc per productionem successiuam animalium transire illud quod est actu productum (omne enim finitum transit per continuam acceptiōem alicuius finiti) & sic deinceps non potuerit producere tot simul quod successiuē, cuius oppositum probatum est.

9 Secunda ratio talis est, Deus potest simul tot animas producere quod possunt participare naturā animę, hoc patet, quia non habet inter se oppositionē, nec successionis necessariū ordinē, sed si tot essent producta necessaria essent infinita, ergo Deus potest animas infinitas actu producere. Minor probatur, si enim anima sic producta essent in numero finito ultra illum numerum. Deus non posset aliquam animā producere cū ponatur quod tot sunt producta quod possunt naturam animę participare. Hoc tamē est absurdum, (scilicet quod Deus sit limitatus ad producendum certum numerum animalium ultra quē nullam posset producere) ergo oportet dicere quod illae essent infinita. Sic igitur dicunt isti quod deus potest hoc modo producere infinita. Huīns opiniois que est fatis probabilis fuerunt Auicenna, Agazel, & quidam alii. Et milii ipsi vnum est aliud.

10 Alius modus est qui videtur probabilior, videlicet q; deus nō potest facere infinita actu, non propter impotiam sui, sed propter repugnanciā rei: & ad probandum istā conclusionē primo ponent rationes per quas aliqui cōprobant, & videbunt quantum cōcludant, & deinde adducentur quādā aliae rationes que videntur efficaciōres.

11 Rationes per quas aliqui probant prædictā conclusionē sunt duas. Prima talis est, quia oportet omnē multitudinem esse in aliqua specie multitudinis, species autē multitudinis sunt secundū species numerorū, nulla autē species numeri potest esse infinita, cū numerus sit multitudine mensurata per vnum, ergo impossibile est aliquā multitudinem esse actu infinita. Secundū, quia omne creatura comprehenditur sub aliqua certa intentione creantis, sed infinita multitudine si esset non posset comprehendi sub certa intentione, sicut nec sub certo numero, quare, &c.

12 Sed istae rationes parū concludunt, cum enim primō dicitur q; omnē multitudinē oportet esse in aliqua specie multitudinis, potest dici q; multitudo, vel totum discretū non est aliud vnu secundū rem, sed multa quorū quodlibet est aliud indiuidū alicuius speciei sub aliquo genere, & sic est de infinitis hominibus si essent, nā quilibet eorum esset in specie humana, sed nūquid oportet ipsam multitudinē quoniam numeramus esse in aliqua specie sicut res numeratas, forte dicaret aliquis & probabiliter q; non, quia licet vnitatis generis, & speciei sit vnitatis ratiōis, tamen vnitatis supponit vel indiuidui sub specie est vnitatis rei, intellectus enim non facit singularitatē in rebus sicut vniuersalitatē, & ideo cū nulla multitudo sit vnum secundū rem, ipsa non est indiuidū alicuius speciei, nec

P debet

Magistri Durandi de

Debo querere ipsius aliquam speciem. Adhuc multitudo nihil reale addit super res quae multa dicuntur, sicut nec vinitas, vt prius dictum fuit, ad quid ergo ipsius multitudinis secundum se oportet querere aliquam speciem praefer speciem rerum quae multa dicuntur, cum ipsa multitudine nihil reale addit super ipsas est sed ita quod oporteat, nam & numerorum dicimus esse diuersas species. Et ad id quod posse addis, quod species multitudinis sunt secundum species numerorum. Potest dici quod cum multitudine sit in plus quam numerus (est enim de transuentibus) non quicquid est de ratione numeri est de ratione multitudinis. Propter quod cum de ratione numeri sit esse mensurabile, vel numerabile & ideo nulla species numeri posset esse infinita, tamen non oportet quod hoc sit de ratione multitudinis quin possit aliqua species eius esse infinita.

13. Ad secundum dicendum quod multitudino quantum ad illud quod importatur formaliter per ipsam non est ali quid creatum, praefer res ipsas quae multe dicuntur, quarum quilibet est aliquid creatum, & cadit sub certa intentione creantis, & non solum quilibet secundum se, sed omnes simul, nec propter hoc oportet eas esse in certo numero, cum illa quorum non est numerus certitudinaliter sciantur ab illo, cuius scientia non est numerus, & ideo certitudinaliter intendi possunt.

14. Alter potest ergo praedicta conclusio efficacius probari dupliciter. Primo sic, sicut infinito secundum magnitudinem non potest aliquid esse maius, sic infinito secundum multitudinem non potest esse plus sed quocunq; producendo a Deo potest aliquid esse plus, ergo infinitum actu non potest esse secundum multitudinem a Deo actu productum. Maior patet, quia sicut se habet maius & minus ad magnitudinem, sic plus & minus ad multitudinem. Minor patet, producens enim quocunq; sub una specie deus potest alia producere. Alioquin potentia est exhausta, quod est inconveniens.

15. Ad hanc rationem responderetur quod Deus potest producere infinito secundum multitudinem adiungit plura producere, ita ut fiat additio illius quod de novo producitur ad infinitum prius productum, nec tamen propter hoc erit aliquid plus infinito.

16. Quod declaratur sic, quāuis infinito secundum quod infinitum est, non posset fieri additio, nihil tamen prohibet quia infinito ex ea parte quae non est infinitum fiat additio. Verbi gratia, si ponemus columnam infinitam secundum longitudinem, & non secundum latitudinem, secundum longitudinem nihil posset ei addi, sed secundum latitudinem posset: similiter, si ponemus eam infinitam ex uno latero, (puta versus oriente) finitam vero ex alio latero, scilicet versus occidente, ex parte occidentis posset ei fieri additio, quāuis non ex parte orientis, iuxta quem modum dicunt illi qui ponunt quod motus potest esse ab eterno, quod a parte ante nullam potuisse fieri additio, neq; secundum extensionem, neq; secundum multitudinem revolutionum, cum in illa parte motus fuisse infinitus, sed ex altera parte quae nūc est, posset fieri additio, & secundum extensionem motus, & secundum multitudinem revolutionum, quia ex hac parte finitus est, si autem ponemus corpus omniumque infinitum, nihil omnino posset ei addi, modo ut dicunt aliud est individuum de toto continuo, & de toto discreto. Totum enim continuum unum est simpliciter. Totum autem discretum non est unum, sed plura (vt iam dictum fuit) continet enim plures partes, quarum quilibet habet propriā actualitatem discretam ab actualitate alterius. Ut hoc igitur non potest fieri additio toti continuo, quin fiat toti per se & primo, partibus autē per accidentem & ex consequenti: sed toti discreto possibile est fieri additionē cum secundum se nullam habet unitatem, sed fit primum & per se additio parti, & per consequens toti, cum igitur infinito secundum quod infinitum non posset fieri additio, ideo corpori omniumque infinito nullo modo potest fieri additio, nec ratione totius, quia infinitum, nec ratione parti, quia partibus non sit additio nisi per additionem factam primo & per se ad totum. Infinito autem secundum multitudinem semper potest fieri additio, quia vel non est infinitum omniumque, sed ex una parte tantum sicut est de multitudine revolutionum celi si motus fuisse ab eterno: vel dato quod esset infinitum omniumque, (cum non esset ens nec unum

Sancto Porciano

simplicer) ei non fieret per se additio, sed partibus eius quarum quilibet secundum se est finita: & potest recipere additionem que redundat in totum (licet per accidens) sic igitur nihil prohibet infinitum secundum multitudinem recipere additionem. Hac tamen additio (vt dicitur) non facit aliquid plus, quia plus & minus dicuntur per comparationem ad communem mensuram quam impossibile est dare infinito. Et ideo per talem additionem infinitum non efficit maius, nec prius erat minus.

17. Sed istud non est bene dictum, quia omne quod continet aliquid cum alio addito est plus illo, nec oppositum est intelligibile cum implicet contradictionem, ergo infinitum secundum multitudinem potest fieri additio necesse est quod facta additione illud sit plus primo, continet enim ipsum, & aliquid additum & ita aliquid erit plus infinito, & quod dicitur quod plus & minus dicuntur per comparationem ad communem mensuram, concedatur, & ideo impossibile est illud attribuere infinito cui non competit mensura, ad quod ex necessitate sequitur quod unum infinitum sit plus vel minus altero. Hoc autem fit cum dicitur quod infinito potest fieri additio ut demonstratur est, ergo illud est impossibile.

18. Quod eritiam patet ex alio, quia sicut infinitum in potentia, quia habet rationem pars semper potest recipere additionem (in modo necessario recipit additionē) est enim tale infinitum cuius semper est aliquid sumere extra ut dicitur. 19. Phys. sic infinitum in actu cum habeat rationē totius & accepti nonquam potest recipere additionem, est enim tale infinitum cuius quantitatim accipientibus nihil est sumere extra, sed quicquid ipsum est possibile, totum est acceptum, propter quod si sit aliquid infinitum actu nullo modo potest fieri additio, neq; secundum se, neq; secundum partem, quia & si parti per se sumptus posset aliquid addi (quia praefer ipsam semper est aliud sumere) tamen parti sumptus in toto infinito actu nihil penitus potest addi, quia praefer ipsam cum aliis sumptus non est possibile aliquid aliud sumi.

20. Secunda ratio talis est, totum aequali parti implicat contradictionē, cum omne totum sit maius sua pars, & hoc sit de primis principiis, sed hoc sequeretur si esset dare multitudine actu infinita, ergo &c. Probatio minoris, binarius est pars ternarii, vel quarternarii, sed in multitudine infinita tot est quarternarius, quot binarii, scilicet triobig; infiniti, ergo ibi pars aequaliter toti, & totum parti, quod est impossibile, ut dicitur est, quare &c.

21. Ad hoc responderetur per modum qui dictus est prius, scilicet quod in multitudine infinita binarii non aequaliter quarternarii, nec tam sunt plures, vel pauciores hi quam illi, quia inequalitas plus & minus habent solum locum in illis quibus est communis mensura. Accipiendo ergo de multitudine infinita quocunq; binarium & quarternarium, Maior est quarternarius binario sicut roti maius est sua pars, sed accipiendo totam multitudinem non sunt plures binarii quam ternarii, nec pauciores nec aequales, quia non habent communem mensuram.

22. Istud non valet, quia illud quod dicitur de communis mensura falso est (ut dedictum fuit) tum quia sicut se habet pars ad partem, sic toti ad totum, si ergo infinita multitudine quarternarii aliquis, maior est binario, & plures sunt binarii in quarternario, necesse est quod infinitum continens ex quarternariis sit plus infinito consistente ex binariis, & quod in eodem infinito sunt plures binarii quarternarii, sic igitur patet primum scilicet quod non est possibile aliquid esse actu infinitum secundum multitudinem.

23. Q V A N T V M ad secundum scilicet virū Deus potest facere aliquid actu infiniti secundum magnitudinem, tenetur communiter quod non. Hoc autem probant alii qui sic corpus sumuntur dupliciter, naturaliter & mathematicè. Naturaliter prout dicit copositum ex materia & forma naturali cum accidentibus concomitantibus, mathematicè prout dicit solam quantitatē tripliciter dimensionem, quod autem corpus sumptum naturaliter non possit esse actu infinitum probatur sic, omnis determinata forma necessaria requirit determinata accidentia, sed omne corpus naturale habet necessaria determinata formam, ergo omne corpus naturale requirit necessaria determinata accidentia, sed inter accidentia numeratur quantitas, ergo

Lib. I. Distinctio. XLIII.

ergo omne corpus naturale necessario habet determinatam quantitatē, impossibile est ergo quod habeat infinitam. Idem probatur secundū dō de corpore mathe. quia in corpore mathematico sunt idē penitus quantitas, & essentia, si ergo corpus mathematicū esset infinitum secundū quantitatē, sequeretur quod esset infinitum secundū essentiam. Hoc autē est impossibile, quia nihil potest esse tale præter Deum, quare &c. Item impossibile est esse corpus mathematicum absq; figura, quia figura forma est quantitatis, sed omne figuratum necessario est finitū, quia figura est que termino, vel terminus clauditur, ergo omne quātum necessario est finitum.

23 Quicquid sit de cōclusione, rationes tamē istae non volent, quod enim primō dicitur, quod determinata forma necessario requirit determinata accidentia, distinguendū est de determinatione, est enim quādā determinatio ad certū genus & ad speciem, & hanc determinationē in accidentibus requirit omnis forma naturalis, forma enim corui requirit nigredinē, & forma cygni albedinē, & hoc modo quātias etiā infinita est accidentis determinatiū ad certum genus, & ad certā speciem. Alia est determinatione intra genus & specie quae attendit secundū intēsum & remissum in qualitatibus, vel secundū extensio[n]em in quātitatibus, & hoc modo calor si esset infinitē intensus non esset determinata, & quātias si esset infinitē extensa non esset determinata, & talis indeterminatio forte non est possibilis in qualitatibus propter rationē quae tacta fuit sup. di. 17. quest. 9. in illa questione, vtrum charitas posset augeri in infinitū, imo quilibet qualitas determinata est ad supremū & infimum gradū intētonis & remissione sibi possibile, propter quod omnis qualitas in quacunq; re sit, habet hanc determinationē, sed quantitas non habet talem determinationem, neq; in maius, neque in minus, vt ibidē dictum fuit, nec eam requirit omnis forma naturalis (maximē formā corporis simplicis & homogenei, vt forma aëris) non enim videtur requirere tantam quantitatē determinatē quin possit indiferenter esse sub quantacung; etiam si esset infinita, nec video repugnatiū aliquam ex parte talis forme.

24 Secunda etiam ratio nō valet, quia infinitas essentiae quae includit perfectiones omnium generū repugnat creaturæ, & conuenit soli Deo, & hanc infinitatem essentiae non haberet quātias infinita, sed solum haberet infinitatem extensio[n]is intra genus suum, quae non est infinitas essentiae quae soli Deo attributivit, & ab omni creatura negatur, propter quod itur in equivooco de infinitate essentiae intra genus & extra.

25 Tertia ratio minus valet, quia figura non est forma essentiae & intrinseca quantitatē. Alioquin quantitas esset composita ex aliquo tanquam materia, & ex figura tanquam forma, sed est forma accidentalis & extrinseca, pertinet enim ad aliud genus, scilicet ad genus qualitatis, quilibet autem res potest priuari omni tali forma saltem virtute diuina.

26 Alter potest probari eadē conclusio sic, in omni natura habente gradus, supremū & infimum sibi inuicem correspondunt, ita quod si esset possibile dare vnu & reliquum, si non, non, sed in quantitate non est possibile dare infinitum vel minimū quo non posset minus dari, ergo in ea non est possibile dare supremū vel maximū, quo non posset maius dari, sed si esset possibile quod quantū esset actu infinitum non posset dari maius in illo: ergo &c.

27 Et si dicatur quod in numeris est dare infimum, scilicet, dualitatē, & non supremū. & ita non videtur quod hęc ad inuicem sibi correspondent. Dicendum quod non valet, pri mō, quia numerus secundū se non est aliqua natura, vt dictum fuit prius, dist. 27. Nos autē agimus de natura rei in se habente gradus. Secundū quia dato quod numerus esset secundum se aliqua natura, tamen gradus in numeris nō attendunt secundum eandem naturam specificam, sed secundum diversas. Nos autem loquimur de gradibus in eadem natura specifica: propter quod instantia non est ad propostum. Prima tamen responsio melior est.

28 A D P R I M A M rationē in oppositū dicendum, quod sub quilibet specie figurari divisim accepta potest Deus producere aliud individuum, sed sub omnibus species bus coniunctū acceptis nō, quia species figurarum pro-

Ques̄tio III.

14

cedat sicut species numerorū, vt trigonum, tetragonū, & sic de aliis: species autē numerorum nō possunt simul omnes accipi, cūa caufentur ex divisione continui que procedit in infinitum successiū & in potentia tantum.

29 Ad aliud dicendum, quod rationi quantitatis nō repugnat finitū, & infinitū appositione, & divisione successiū, & in potentia modo quo determinat Philol. 3. Phys. infinitum actū repugnat, nō quantitati, sed cuilibet entitati creare, propter quod nullo modo est producibile.

30 R A T I O N E S ante oppositū concedantur ratione conclusionis.

31 Secunda ramen ratio que videtur probare quod nō possit esse aliquod corpus infinitum secundū magnitudinem non concludit. Minor enim est falsa, infinitū enim secundū magnitudinem non aequaliter Deo secundū virtutē, tum quia in magnitudine infinita non oportet esse virtutem infinitā intensio[n]em, sed solū extensiō[n]em, & hoc solum quantum ad illas formas que extenduntur extensiō[n]e subiecti, quāuis Arif. insufficienter sentiat contrariū. phys. tum etiam quia si esset infinita intensio[n]e hoc esset intra certum genus & non secundum perfectionem omnis generis, propter quod non aequaliter perfectione diuina.

Q V A E S T I O T E R T I A.

Vtrum omnipotētia possit communicari creaturæ.

D Einde queritur, vtrum omnipotētia possit comunicari creaturæ. Et viderur quod sī sic, quia ad plura se extendit scientia quam potētia (Deus enim aliqua scit quae non potest, puta malū) sed omnis scientia potest comunicari creaturæ. Et viderur vnde cōmunicata anima Christi, ergo & omnipotētia potest communicari.

2 IN C O N T R A R I V I Arguitur quāsi ex simili, quia anima Christi cōmunicatum fuit quicquid ei potuit cōmunicari, sed omnipotētia non fuit ei cōmunicata, vt dicitur 3. lib. ergo omnipotētia non est cōmunicabilis creaturæ.

3 R E S P O N S I O. Absolutē dicendum est quod omnipotētia non potest creature cōmunicari, quod patet p̄ mō, quia virtus quae innititur alteri, & ab ea dependet nō potest habere rationē omnipotētiae, in hoc enim quod innititur alteri potētiae, & ab ea dependet deficit ab omnipotētia: omnipotētia enim nō est quae deficere potest, quod autē alteri innititur, & ab eo dependet, deficere potest per subtractionē influentie eius. Omnis autē virtus cōmunicabilis creaturæ innititur alteri virtuti saltem diuina, & ab ea dependet: ergo nō potest habere rationē omnipotētiae. Secundū patet idem sic, omnipotētia se extendit ad producendū omne possibile, sed nulla virtus creature potest se extendere ad producendū omne possibile. Alioquin cū omnis creatura sit de numero possibilium (solus enim deus est necesse esse) sequeretur quod creatura possit super se ipsum in producendo se, quod est impossibile, vt dicitur 1. de trin. quare, &c.

4 A D A R C Y M E N T U M in oppositū dicendum quod minor est falsa, scientia enim anima Christi non sequiparatur scientiæ dei, nec quo ad limpiditatem sciendi, nec quo ad multitudinem scitorū (saltem illorū quae pertinent ad scientiā simplicis intelligentiæ) dato etiā quod omnis scientia quo ad numerū scitorū efficit cōmunicabilis, non tamen omnipotētia, quia scientia habetur per solam presentiū scibilia ad scientem (sive secundū se, sive secundū aliquid ipsum representans) nullū autem inconveniens est, si intellectui beato videnti diuinā essentiam representantem in ea omnia creaturæ, & cōrabilitas, & ideo nō omnino videtur impossibile quin intellectus creatus habeat scientiam omnium, sed potentia dicit excessum super possibile, & omnipotētia super omne possibile, & ideo nihil possibile (qualis est omnis creatura) potest habere omnipotētiā; Alioquin excederet seipsum.

Confer enī
que dictum
ef. 3. d. 14. q.
3. 4. & 5. q.
4. dict. 48.

Q V A E S T I O Q Y A R T A.

Vtrum Deus agat ex necessitate naturæ.

Tro. I. q. 19. art. 3.

C Onsequenter queritur de modo actionis diuinae. Et primō, vtrum Deus agat ex necessitate naturæ. Et videtur quod sic, quia illud quod in agendo sic est determinatū naturū quod non potest non agere, videtur agere ex necessitate naturæ, quia potestates rationales sunt ad oppo-

P a sita,